UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIII. De Fortuitis & Inopinatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

XII.

FORMA legis omiſsâ corruit actus, *vid. ſupr. lib. 1. c. 25. Axiom. 49. & ibi* citat: adde Sebaſt. Medic. *de Regulis Juris, reg. 7. n. 2.* Intrigl. *conſil. 1. n. 149. lib. 1.* Sacc. *de conject. §. 1. q. 1. n. 148.* Novar. *d. lib. 1. q. 78. n. 9.* Caſtill. *controverſ. lib. 5. p. 2. cap. 149. n. 26. & ſeq.* [Gu. Forſter. 2. *obſerv. 12.* ratio, poſitâ enim formâ, tum demum res ponitur, *cap. 1. & c. cum apud. 23. de ſponſ. l. 7. §. 17. ff. de transact.* Everh. *in loc. à defectu formæ. per tot.* Hinc Forma à lege tradita, in dubio eſt de ſubſtantia, & omiſſa vitiat actum. Bald. *in l. comparationes 20. col. 2. C. de fid. inſtrum. & l. 1. C. ut in poſſ. leg. & in l. ſi tutor 4. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ.* ideò Formâ non ſervatâ, actus eſt nullus, etiamſi ſtatutum ultra non procedat annullando, ſi ſtatutum eſt prohibitorium: aliàs ſecus. Alex. *conſil. 23. part. 4.*]

[Limitationis loco porro nota, quod cum Forma ſervari non poteſt, quæ acta ſunt, valent, etſi forma ſervata non ſit, Joh. Andr. *in cap. in toto 80. de Regulis Juris in 6.* Abb. *conſil. 25. col. 2. vol. 2.* Alex. *conſil. 206. dub. ult. vol. 6.* Aym. Crav. *conſil. 12. n. 2. conſil. 165. vol. 1.*]

CAP. XXXII.
Fortuna, Facultates, Opes, Sors.

Axioma I.

Sæpe de bonis ſuis amplius ſperant, quàm in his eſt, homines. *§. 1. Inſtit. qui ex quib. cauſ. manum.*

II.

Non tenetur nauta fortunas cujusque excutere. *§. 6. de L. Rhod.*

III.

Fortuna ſæpe in controverſiis adhibetur. *§. 23. Inſtit. de opt.*

CAP. XXXIII.
De Fortuitis & Inopinatis.

Axioma I.

Incerta & inopinata turbant & actus impediunt. *l. 4. §. 4. de officio Proconſ.*

II.

Fortuiti caſus non continentur appellatione periculi. Hanc regulam probat gloſſa *in l. 4. §. 4. ff. ſi quis caut. in judic. l. 1. §. 35. in fin. ff. depoſ. l. 6. C. de pign. act.* Ampliat verò & limitat eam Franciſc. de Ripa, *de peſt. in princ. in cap. de privilegiis contractuum cauſa peſtis. n. 70. cum ſeq.* aliam limitationem ponit Jacob. de S. Georg. *in d. l. 4. §. 4. Si quis caut. judic. n. 14.* Eſt autem fortuitus caſus inopinatus rei eventus, quem nulla hominum providentia vel cura cavere aut providere poteſt. *l. 6. C. de pign. act. l. 23. in fin. de Reg. Jur.*

CAP. XXXIV.
Forum, Forenſis.

Axioma I.

De renunciatione Fori vide Mynſing. 1. *obſ. 88.* Gail. 1. *obſ. 1. n. 29. & obſ. 40. per tot.* Grev. *ibid.* Frider. Martini *de jure cenſuum cap. 6. n. 33.* Fachin. *lib. 1. controverſ. 61.* Ant. Hering. *de fidejuſſ. cap. 23. n. 18. & ſeqq.*

II.

Forum Rei ſequitur Actor. *vid. ſupr. Actor.*

III.

Forum domicilii potentius eſt originis foro, *l. 190. de verb. ſignif. gloſſ. in cap. ſtatutum 11. §. cum verò. de Reſcript. in 6.* Decius *in cap. ad noſtram. c. 3. cl. 1. n. 3. de appellat.* Unde cum quis uno loco domicilium, ex altero verò originem habet, & dubitatur, an ſit judicandum ſecundum locum domicilii, vel originis, ſubjecta materia eſt inſpicienda, & ſi ad domicilii locum ſpectat, ſecundum jura civitatis, in qua domicilium habet, eſt judicandum. Bald. *in l. 1. col. 4. Cod. de Sum. Trin.* Dec. *concl. 352. n. 4.*

IV.

FORUM ſortiri, & ſtatutis ligari, paria ſunt, gloſſ. *in l. 2. ff. de eo quod certo loco. & in cap. 9. quod clericis. de foro compet.* Alexand. *conſil. 157. n. 15. lib. 2. & conſil. 211. Viſa facti. n. 5. in fin. verſ. ſimiliter. eod. lib. 2. & conſil. 44. n. 10. lib. 5.* ubi ait, quòd in omnibus caſibus, in quibus quis delinquendo in territorio, vel contrahendo dicitur ſortiri forum, ut ibi conveniatur, ita poterit eisdem caſibus ligari ſtatuto, quia à pari procedunt, Theſaur. *Pedem deciſ. 123. n. 12.* Menoch. *conſil. 343. n. 33.* Brunor. à Sole *in locis communibus. verb. forum 1. & verb. forenſ. n. 5.* ubi hinc infert, quòd forenſis contrahens in loco, tenetur ſervare ſolemnitates ejusdem loci, Cardin. Tuſch. *tom. 4. lit. F. concl. 444. per totam.* Bellet. *disquiſit. clerical. p. 1. tit. de exemt. clericor. à ſtatutis ſecularib. §. 1. num. 7.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 709. n. 22.*

V.

FORUM ſortiri, & conſvetudine ligari, à pari procedunt, Alexand. *conſil. 217. Viſo quodam. n. 6. verſ. hoc confirmo. lib. 7.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concl. 444. num. 5.*

VI.

Quotiescunque agitur de onere rei impoſito, toties forenſes tenentur.

Ratio: quia onera rei cohærent, ergò de re ibi, ubi eſt ſita, agendum. *l. 1. C. ubi in rem actio.* Mev. *P. 2. Dec. 367. n. 5.* Exemplum in Collectis ratione rei impoſitis, v. gr. Hufenſteuer.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN